Terrestri vero infirmitate vel simplici tum et dillatione adquietationem
non differendo adquietationem non differendo nec protrahendo imo hac in par
te omnibus iuris remediis et beneficiis ac defensis sive de industria huma
na excogitari possibilibus [illegible] abrenuntiando sub sua suorumque successorum to
tali et integra amissione Causae [illegible] praesenti inscriptione ad praemissa
mediante.

18/VIII 1631

Hnicki Hnickiemu Donat
Actum in Castro Premisliensi Feria Sexta post Festum Sanctae Margarethae Virginis proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo primo.

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Nobilis et Religiosus Iwan Hnicki Jedynicz Popo de
Villa Hnik sanus mente et corpore existens a Terris districtibus Foro
iuribusque omnibus suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Huic
autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem atti
net se cum successoribus bonisque suis quibus omnibus totaliter et plenarie
incorporando atque subiiciendo palam libere publice recognovit. Quia ipse bo
na sua propria et hereditaria infrascripta Videlicet certum fundum et agrum no
viter extirpatum vulgo Laz miedzy kiciorkami tum et littus ad con
struendum molendinum in hereditate villae Lorincz[?] et Villae Hnik
pertinentibus in Districtu praesenti Premisliensi iacentibus sibi vero recognoscenti
inter alios fratres suos post parentes suos devolutum et sibi ad su
um interesse servientibus prout Laboribusque eiusdem subditibus suis tene
bat et possidebat Cum omni eorundem bonorum iure Dominio et proprie
tatibusque hereditario omnibusque et singulis eorum Utilitatibus fru
ctibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiisque et per
tinentiis quibus Universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque
successoribus aut aliquopiam reservatis sed omnibus in genere
et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e Contra in

nullo

in nullo derogando Prout ita late longe circumferentialiter prout praefata
bonorum hereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit et
protendit ac prout eadem bona ipse met recognoscens tenuit habuit et possi
debat ac ipsi concernebant ac eidem serviebant. Iam ex nunc et de
facto Nobili Hawrylo Hnicki Jaroszowicz et ipsius successoribus
dedit donavit ac titulo puro mera perpetua et irrevocabilis donatio
nis inscripsit et resignavit prout praesentibus dat donat ac titulo
puro mera perpetuo et irrevocabilis donationis inscribit et resignat
perpetuo. Et iam ex nunc et de facto praefatus recognoscens Nobilis Religi
osus Iwan Hnicki suprascripto Nobili Hawrylo Hnicki Donatario
suo et ipsius posteris Coram officio praesenti in bona praefata donata
dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos iam ex nunc ipsi ab officio
praesenti additos die quacunque voluerit officiose acceptandam Tenendum ipsum
donatarium suum et illius posteros bona praefata donata iure heredi
tario tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi
ac ad usus suos suorumque successorum quoslibet beneplacitos lite
re et effectualiter convertendi temporibus perpetuis. Debebitque et tene
bitur memoratus recognoscens Nobilis et Religiosus Iwan Hnicki Jedy
nicz prout se ac suos successores in et super bonis suis quibus
omnibus ac summis pecuniarum habitis et habendis Nobili Hawry
lo Hnicki Jaroszowicz et ipsius posteris inscribit et obligat
ipsum et illius posteros in dictis bonis donatis et ratione eorundem
ab omni et quavis impetitione iuridica quamcunque personarum cuius
cunque conditionis status et sexus existentium per omnes praescriptiones
Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et per
tinet praescriptio in omni Judicio et officio Regni exercenda totiens
quotiens opus fuerit tueri defendere evincere intercedere ac eliberare
re indemnemque cum posteris reddere. Necnon bona praenominata donata

tam in toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus
prioribus et posterioribus in eisque bonis factis et faciendis tum et
aliquibus quibusvis citationibus in eadem bona importatis et importandis
lucris denique et plucris ac processibus iuris quibusvis in quovis
puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni
obtentis et obtinendis in eisque bonis donatis perductis et perducendis
emundare et liberare mundaque et libera semper facere ac etiam in-
tromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum
dum per Ministerialem et Nobiles officiose requiretur non denegare imo tenebitur
eandem libere et effectualiter dare et admittere dataque et admissa eandem possessionem
et bonum pacificum praemissorum quovis modo tam per se quam per aliquas
alias submissas et subordinatas personas non adimere nec impedire.
Ipsumque donatarium suum et illius posteros in dictis bonis donatis
tam in toto quam in quavis minima parte non iniuriari. Ita ut eadem
bona donata idem donatarius suis cum posteris quiete et pacifice vigo-
re inscriptionis praesentis donationis tenere et possidere queat temporibus
perpetuis. Idque sub damnis Terrestribus simpliciter absque corporali
iuramento taxandis per praefatum recognoscentem Nobilem et Religiosum
Iwan Hniczki ac illius posteros suprascripto Nobili Hawrylo
Hniczki Jaroszowicz et ipsius successoribus ob non completionem
praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte vel
vel quotiens opus fuerit ad solvendum succumbentibus. Nihilominus me-
moratus recognoscens Nobilis et Religiosus Iwan Hniczki saepius
suprascripto Nobili Hawrylo Hniczki Jaroszowicz donatario suo et
illius posteris dat et concedit plenariam facultatem omnimodamque
potestatem inscriptionem praesentem donatoriam ex his Actis Castrensibus Ca-
pitaneal. depromptam ad Acta Terrestria Premislien. quandocunque
voluerit officiose transferendi et transportandi quae transportata tanti
valebit acsi per ipsummet recognoscentem transportaretur. Pro quibus

quidem

quidem damnis Terrestribus praefatis simpliciter absque corporali iura-
mento taxandis citatus existens memoratus recognoscens Nobilis et Religi-
osus Iwan Hniczki aut eius successores Ad instantiam praefati Nobilis
Hawrylo Hniczki vel ipsius posterorum Ad officium praesens Castrense
Capitaneale Premisliense extunc recessu suprascripto quoad rem de qua spe-
ctat mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare iuri parere medere damna praefata luere inscriptioni huic satisfa-
cere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac successores ad
eadem omnia obligat cuncta terminum primum peremptorium et alios
omnes Consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptos vera
infirmitate pro maiori minorennitate successorum legione intra vel ex-
tra Regnum servitio militari ad munimentum aut quibusvis aliis
quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo
adquietationem ultra primos Terminos officii praefati Castrensis
Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullisque modis appel-
lationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis
simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuris
praescriptione Terrestri bello Convocatione et aliis omnibus iuris re-
mediis et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione
ad praemissa omnia mediante.

Hnicki Hnickiemu obligat

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Nobilis Iwan Leskowicz Hniczki sanus mente et
corpore existens a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo Huic autem iuris dictioni
Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum succes-
soribus bonisque suis gratis omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subiiciendo palam libere publice ac expresse recognovit. Quia
ipse Nobili Hawrylo Hniczki Jaroszowicz et ipsius successoribus
summam triginta florenorum pecuniae polonicae communis monetae et numeri